Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



284

cor: pa armauc extra castra: pr quod et ihs ut sanctificaret per suum sanguinē ppl'm: extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: imperemus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semp deo: id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiae autem et communicationis nolite obliuisci. Talib: enim hostiis promeretur deus. Dom. libri sapientiae. ant. ℟.

Dedit dominus confessionem sancto: excelso in verbo glie. Omnis cor de suo laudant dnm: et dilexit deum qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos paciencia: et stare fecit sanctos contra altare: et in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit illi in celebrationibus decus: et ornauit ipa usq: ad consummacionem vite. Cultus purgauit peccata ipius et exaltauit in eternum cornu ipius. Sapia laudabit animam suam: et in deo honorabit: et in medio ppli sui gliabit. Et in eclesia altissimi aperuit os suum: et in conspectu virtutis illius gliabit. In medio ppli exaltabitur. Et in plenitudine sancta admirabitur. Et in multitudine electorum habebit laudem et inter benedictos benedicetur. ad introitum. ℣. ℟.

Rum. Testificor coram deo et xpo ihu qui iudicatus est viuos et mortuos et adventum ipius et regnum eius: predica verbum: insta opportune inportune: argue: obsecra: increpa: in omni patencia et doctrina. Erit enim tpus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria congregabunt sibi magistros prurientes auribus: et a veritate quidem audi-